

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0352

0350

0356

0346

0361

0341

0401

0301

0451

0251

0851

Ende

Anfang

### Introitus peregrinorum in Ebron civitatem.

In progressu venimus in unam vallem valde amoenam, quae dicitur vallis Ebron, in cuius utroque latere erant clivi pleni maceris vinearum et hortorum, sed omnia ibi crescentia erant silvestria, inter quae multi therebinti (b) arbores stabant oleo therebintino foecundae, et si vallis illa haberet colonos, omnibus mundi bonis abundaret. Consequenter ad locum venimus repletum olivis, ita, quod quasi silva videbatur arborum olivarum, et in condensitate illa arborum jussit Calinus gubernator noster nos de bestiis descendere et camelos exonerare, et ita fecimus. Erant autem nobis arbores pro tentoriis et umbraculis contra intensissimum solis ardorem,